

Der Bischof Kadaloh von Naumburg sichert den Handels- und Gewerbetreibenden zu Genä, die ihren Wohnsitz und ihre Geschäfte nach Naumburg verlegen, besondere Vergünstigungen zu.

Memleben [1033].

- 5 *Hörschr.: Or. Perg. Stiftsarchiv Naumburg. Abgebildet: v. Sybel und Sickel, Kaiserurk. in Abbildungen Lief. II. Taf. 4b.*
Gedr.: Lepsius, Geschichte der Bischöfe des Hochst. Naumburg 1,198.
Ann.: Vergl. Einl. 63 Ann. 404. S. A. 118 Ann. 404.

In nomine sanctę et individue trinitatis. Notum sit omnibus presentis^{a)} videlicet ac seque[ntis]^{b)} ęvi hominibus, quod ego Kadaloh dei gratia Niumburgi episcopus auctoritate gloriosi imperatoris Cuonradi^{c)} consensuque fratrum Herimanni et Ekkehardi^{d)}, qui locum eundem hereditate paterna sublimarunt dignitate episcopali, mercatoribus Gene^{e)} ob spontaneam coniventiam sua linquendi hucque migrandi id dono concessi, ut, que septa cum areis quisque insederit, perpeti iure sine censu possideat indeque licentiam faciendi, quicquid voluerit, habeat ea lege dumtaxat, ut ius omnium negociatorum nostrę 15 regionis mihi profiteantur meisque postmodum successoribus ritu omnium mercantium liberaliter obsequantur. — —

Actum Imileue^{e)}; feliciter^{f)}.

(SJFR.)^{g)}

- 20 *Ein Kleriker G. berichtet an den Bischof Azecho von Worms über das Reichsgericht, an dessen Spitze die Markgrafen Ekkehard und Adalbert stehen, und über die Einziehung des Herzogthums Kärnthen.*

[1035 Nov. Dec.]

- Hörschr.: Cod. Vatican. Palat. No. 930 (Saec. XII).*
Gedr.: W. v. Giesebrecht, Geschichte der deutschen Kaiserzeit 2,700 (4. Aufl.).
 25 *Ann.: Vergl. Einl. 35. S. A. 103.*

Dignissimo dilecte filiole Wormacie patri domno suo Azeconi episcopo G. infirmus et inutilis summi patris familias vespertinum denarium. Mallem aures domini mei prosperis semper letificare quam adverso quolibet nuncio, quod non decet, unctum dominum inquietare, sed quia vos michi iam dudum precepisse memini, ne qua vos celem, 30 que michi alicubi innotescant, precepto et voluntati vestre in huiusmodi parere non ignoro oportere. A proxima, que nuper fuit, dominica, principes^{a)} regni, scilicet H[anno]^{b)} Coloniensis archiepiscopus, Bruno Wirceburgensis episcopus cum ceteris compluribus nunc usque Mogontie^{c)} se continent multa consiliantes, multa tractantes, multa conferentes. Huius conventus summam quia intimare vobis certam non possumus, quedam, que ipsis 35 referentibus reperire nos contigit, vobis scribere curavimus. Ferunt domnum imperatorem

82. a) p. b) Mäusefraß. c) Cuonradi und Herimanni et ekkehardi sind nachträglich von anderer Hand in die hierfür gelassenen Lücken nachgetragen. d) Genę Schwanz des e wegradirt. e) Imileue von derselben Hand in dafür gelassene Lücke nachgetragen. f) Hinter feliciter sind einige absichtlich verwischte Schriftzüge erkennbar (III ID?). Breßlau, v. Sybel u. Sickel, Kaiserurk. Lief. II. Text 20 liest: in n (in nomine). g) Vergl. N. Archiv 6,557.

40

83. a) princeps. b) Erzbischof war noch Pilgrim. c) Moguntia.